

Oratio.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirabili passionis tuæ memóriam reliquisti: tribue quasumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis & regnas, &c.

Ad Primam.

R. br. Christe Fili. **V.** Qui natus es de María Virgine.

Ad Tertiam, Antiphona. Angelórum escá. **Capitul.** Fratres, Ego enim accépi. ccxij.

R. br. Panem cœli* Dedit eis. Panem. **V.** Panem Angelórum manducávit homo. Dedit eis. Glória Patri. Panem. **V.** Cibávit illos ex ádipe fruménti. **R.** Et de petra, melle saturávit eos.

Ad Sextam, Antiphona.

Pinguis est panis.

Capitulum.

Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, & cálicem bibétis: mortem Dómini annuntiábitis donec veniat.

R. br. Cibávit illos* Ex ádipe fruménti. Cibávit. **V.** Et de petra,

melle saturávit eos. Ex ádipe fruménti. Glória Patri. Cibávit. **V.** Edúcas panem de terra. **R.** Et vinum lætifícat cor hóminis.

Ad Nonam, Antiphona.

Vincénti.

Capitulum.

1. Cor. 11. f

Quicumque manducáverit panem hunc, vel biberit cálicem Dómini indigné, reus erit corporis & sanguinis Dómini.

R. breve. Edúcas* Panem de terra. Edúcas. **V.** Et vinum lætifícat cor hóminis. Panem de terra. Glória Patri. Edúcas. **V.** Pósuit fines tuos pacem. **R.** Et ádipe fruménti satiát te.

In secundis Vesperis omnia dicuntur sicut in primis Vesperis.

V. Panem de cœlo præstitisti eis. **R.** Omne delectaméntum tuum habentem.

Ad Magnificat, Antiphona.

O sacrum convívium, in quo Christus sumitur: recóllitur memória passionis ejus: mens implétur grátia: & futúra glória nobis pignus datur, allelúia.

Oratio. Deus, qui nobis. ut sup.

OFFICIUM

CONCEPTIONIS

B. MARIE VIRGINIS,

Quod Benedictus XIII. quodlibet Sabbato anni (extra Adventum, Quadragesimam, Sabbata Vigiliarum, & Quatuor Temporum) non impedito Festo novem Lectionum etiam translato, ritu Duplici recitari concessit universo Clero Saculari & Regulari, in omnibus Regnis, Dominis, & Ditionibus Cæsareæ Majestatis subjectis extra Italiam.

Omnia ut in Festo Conceptionis præter ea, quæ hic sunt propria sed tempore Septuagesimæ & Sexagesimæ omittitur ubique Allelúia: tempore autem Paschali, in quo tres Psalmi cujuslibet Nocturni dicuntur sub una Antiphona, ad Invitatorium, Antiphonas, **V.** & **R.** ad Matutinum additur unum Allelúia; ubi non habetur: ad **R.** vero brevia Horarum adduntur duo Allelúia, & ad **V.** unum.

AD VESPERAS.

Antiphona. Conceptio gloriósa, eum reliquis de Laudibus cxxviiij. Psalmi consueti de Sancta Maria, ut in Officio Parvo. cxxiv.

Capitulum.

Ecclesi 24. b

AB initio, & ante secula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus. Ave maris stella. cxxxvj. **V.** Conceptio Sanctæ Mariæ Virginis. **R.** Cujus vita in clyta cunctas illustrat Ecclesiás.

Ad Magnificat, Antiphona.

Gloriósæ Virginis Mariæ Conceptionem dignissimam recolámus, quæ & Genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit.

Oratio.

FAmulis tuis, quasumus Dómine, cœlestis grátie munus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exórdium, Conceptionis ejus votiva Commemoratio pacis tribuat incrementum. Per Dóminum, &c.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Conceptionem Virginis Mariæ celebrémus: Christum ejus Fílium adorémus Dóminum. Psalmus. Venite, exultémus. 2. Hymnus. Quem terra. Antiphonæ & Psalmi Nocturnorum, ut in ejus Officio parvo. cxl.

In primo Nocturno.

V. Spécie tuâ & pulchritúdine tuâ. **R.** Inténde, prospère procède, & regna.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

R. j. Concepta est beatá Virgo Maria ex progénie David: Per quam salus mundi credentibus apparuit, cujus vita gloriósa lucem dedit sæculo. **V.** Conceptionem beatæ Mariæ Virginis cum gaudio celebrémus. Per quam. **Benedictio.** Unigénitus Dei Fílius.

R. ij. Beatissimæ Virginis Mariæ Conceptionem devotissimè celebrémus: Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum. **V.** Cum jucunditate Conceptionem beatæ Mariæ Virginis devotissimè

celebrémus. Ut ipsa. **Bened.** Spiritus sancti grátia.

R. ij. Gloriosæ Virginis Mariæ Conceptionem dignissimam recolámus, Cujus Dóminus humilitátem respéxit, quæ Angelo nuntiánte concépit Salvatórem mundi. **V.** Beatissimæ Virginis Mariæ Conceptionem devotissimè celebrémus. Cujus Dóminus. Glória Patri. Cujus Dóminus.

Lectiões ij. & ij. Nocturnis sumuntur ex Octávæ Immaculatæ Conceptionis. ut vij. **Dec. ordine infrascripto.**

MENSIBUS NOVEMBRI
ET DECEMBRI.

Sermo & Homilia diei Octavæ. 610

MENSIBUS JANUARIO
ET FEBRUARIO.

Quæ die Festi habentur. 594.

MENSIBUS MARTIO
ET APRILLI.

Quæ secunda die habentur. 597.

MENSIBUS MAJO ET JUNIO.

Quæ tertia die habentur. 598.

R. iv. Concéptio gloriósæ Virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David, Cujus vita inclýta cunctas illustrat Ecclésiás. **V.** Concépta es beáta Virgo Mariæ ex progénie David. Cujus.

V. V. Cum jucunditáte Conceptionem beátæ Mariæ celebrémus: **V.** Ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum. **V.** Corde & ánimo Christo canámus glóriam in hac sacra Commemoratíone præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

R. vj. Concéptio tua, Dei Genitrix Virgo, gáudium annuntiávit univérso mundo: **V.** Ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: Qui solvens maledictíonem, dedit benedictíonem: & confundens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam. **V.** Benedicta tu in muliéribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex

te. Glória Patri. Qui solvens.

R. vij. Beátam me dicent omnes generatíones: **V.** Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericórdia ejus ad progénie in progénies timéntibus eum. Quia.

R. viij. Felix namque es sacra Virgo Mariæ, & omni laude dignissimæ: Quia ex te ortus est sol justitiæ, **V.** Christus Deus noster. **V.** Ora pro pópulo, interveni pro clero, intercéde pro devóto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvámén: quicúmque célebrant tuam sanctam Conceptionem. Quia. Glória Patri. Christus.

Te Deum laudámus. 12.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

Concéptio gloriósæ Virginis Mariæ ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clará ex stirpe David. **Psalmus.** Dóminus regnávit, cum reliq. 14. **Antiphona.** Concéptio Sanctæ Mariæ Virginis, cujus vita inclýta cunctas illustrat Ecclésiás. **Antiphona.** Regáli ex progénie Mariæ exórta refulget: cujus præcibus nos adjuvári mente & spiritu devotissimè pócimus. **Antiphona.** Corde & ánimo Christo canámus glóriam, in hac sacra commemoratíone præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. **Antiphona.** Cum jucunditáte Conceptionem beátæ Mariæ celebrémus, ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum. **Capitulum.** Ab initio, ut suprâ.

Hymnus.

O Gloriósa Virginum,
Sublimis inter sidera,
Qui te creávit párvulum
Lactente nutris ubere.
Quod Heva tristis abstulit,
Tu reddis almo gérmine,
Intrent ut astra líebiles,
Cœli recludis cárdines.

Tu

Tu regis alti jánuæ,
Et aula lucis fúlgida:
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ pláudite.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu
In sempitérna sæcula. Amen.

V. Concéptio Sanctæ Mariæ Virginis. **R.** Cujus vita inclýta cunctas illustrat Ecclésiás.

Ad Benedictus, Antiphona.

Conceptionem perpétuæ Virginis Genitricis Dei Mariæ solémniter celebrémus, quæ celsitúdo throni processit, alleluia.

Oratio. Fámulis tuis, quæsumus Dómine, ut suprâ.

Per Horas Antiphonæ Laudum, Capitula, & R. brevia, ut in Festo Conceptionis B. Mariæ. 595.
In secundis Vesperis, omnia ut in primis Vesperis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Concéptio annuatiávit univérso mundo: ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictíonem, dedit benedictíonem: & confundens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam.

Et fit commemor. Dominicæ.

PROPRIUM
FESTORUM,
QUÆ

IN HISPANIA
EX APOSTOLICA CONCESSIONE,
NOVISSIMISQUE DECRETIS,

TUM GENERALIBUS, TUM PARTICULARIBUS S. R. C. CELEBRANTUR

ACCURATE DISPOSITUM,

Juxtà Ordinem & Ritum, quo generaliter de ipsis recitatur,

A R. P. M. F. VALENTINO ROMERO,
*Abbate Regii Monasterii B. M. V. Montis-Serrati Matritensis
Ord. S. Benedicti.*

PARS HYEMALIS ET VERNA.



MATRITI: M.DCC.XCVIII.
TIPIS SOCIETATIS.

PRO-